

Johann Christoph Otto Johannes Mejer

## **De Haeresi Donatistarum : Disputatio Publica, Quam Una cum Augustanae Confessionis Articulo VIII.**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740017241>

Druck Freier  Zugang



R. u. Meol 1659.

Johann Christoph Otkonis/a

Vert.: Johann Mejer



DE  
HÆRESI  
DONATISTARUM.

DISPUTATIO PUBLICA

*Quam*

Unâ cum AUGUSTANÆ CONFSSIONIS  
ARTICULO VIII.

DEO benignè annuente

Consensu venerandæ Faculta-  
tis Theologicæ,

PRÆSIDE

JOHANNE CHRISTO-  
PHORO OTTONIS,  
S.S. Theol. Doctore & Prof.

*Publico eruditorum examini  
submitte*

JOHANNES MEJERUS,  
ROSTOCHIENSIS.

*XXVIII. Septembris. In Auditorio Majori.  
horis antemeridianis.*

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. M. DC. LIX.

1659 WW, 45.

DE  
HARRER  
DONATISTARUM

DISTRIBUTO PUBLICA

LIBRUM cum ARGUMENTA & CONFESSIONE  
ARTICULO VII.


Consensu venerandae Facultatis  
Theologicae

IOHANNES CHRISTO-  
PHORUS OTTONIUS

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

IOHANNES MEJERUS

Rostochiensis  
in theatro suo



C A P. I.  
DE  
HISTORIA DONATISTARUM.

§. I.

**D**onatistarum hæresin, profundo orationis acumine describit Augustinus, tomo VI. libris quinque de hæresibus, ad suum sinceriter dilectissimum fratrem & condiaconum Quod vult Deum Donatiani vel Donatistæ, qui primum propter Cecilianum contra suam voluntatem ordinatum Ecclesiæ Carthagenensis Episcopum, schisma fecerunt, objicientes ei crimina non probata, & maxime quod à traditoribus divinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atq; finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in hæresin schisma verterunt: tanquam Ecclesiæ Christi propter crimina Ceciliani, seu vera, seu quod magis iudicibus apparuit falsa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atq; in Apfrica Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quasi contagione communi extincta. Audent etiam rebaptizare Catholicos, ubi se amplius hæreticos esse firmanunt, cum Ecclesiæ Catholice univèrse placuerit, nec in ipsis hæreticis baptismata commune rescindere. Hujus hæresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens, & contra Cecilianum Christianam dividens plebem, adiunctis sibi ejusdem factionis Episcopis, Majorinum apud Carthagem ordinavit Episcopum. Cui Majorino Donatus Episcopus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic cõfirmavit hæc hæresin ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. Extant scripta ejus ubi apparet eum etiã Catholicam de Trinitate habuisse sententiã: sed quãvis ejusdẽ substantiã, minorẽ in patre filiũ, & minorẽ filio putasse S. Sanctum, Verum in hunc quẽ de Trinitate habuit

ejus errorem, Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis ququam  
qui hoc illum sensitse noverit, invenitur. Isti haeretici in urbe Roma Montes  
vocantur, quibus hinc ex Africa solent Episcopum mittere: aut hinc illuc  
Aphri Episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc  
haeresin in Africa & illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones, genus ho-  
minum agreste & famosissime audacia, non solum in alios immania facinora  
perpetrando, sed nec sibi insanam feritatem parcendo. Nam per mortes varias,  
maxime precipitiorum & aquarum & ignium seipsum necare consueverunt,  
& in ipsum furorem alios, quos potuerint, sexus utriusque seducere, aliquando ut  
occidantur ab aliis, mortem nisi fecerint comminantes. Veruntamen plerisque  
Donatistarum displicent tales, nec eorum communionem contaminari se pu-  
tant, qui Christiano orbi terrarum dementes obijciunt ignotorum crimen  
Aphrorum. Multa & inter ipsos facta sunt schismata, & ab eis se diversi cati-  
bus alii atque alii separarunt, quorum separationem caetera grandis multitudo  
non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab ejus-  
dem erroris centum ferme Episcopis ordinatus, & a reliquis trecentis decem  
cum eis duodecim qui ordinationi ejus etiam praesentia corporali interfuerunt,  
atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra Ecclesiam  
dari posse baptismum Christi. Nam quosdam ex eis cum eis quos extra eo-  
rum Ecclesiam baptizaverant in suis honoribus sine ulla in quoquam repetitio-  
ne baptismatis receperunt, nec eos ut corrigerent per publicas potestates agere  
desiderunt, nec eorum criminibus per sui concilii sententiam vehementer  
exaggeratis communionem suam contaminare timuerunt.

§. 2. Ad quem de haeresi Donatistarum Augustini discursum  
Notamus I. Existere rariora antiquitatis, de historia & actis Donatista-  
rum, monumenta. Eusebius praeter exempla duarum Epistolarum Con-  
stantini vix aliud habet. Socrates & Theodoretus omnino tacent. Potio-  
ra debemus Oprato Episcopo Milevi in Numidia, sex suis ad Parmenianum  
Donatistam conceptis libris, (Septimus enim qui in bibliotheca vere-  
rum patrum, edit I. II. tom. IV. additus legitur, teste inscriptione libri,  
& Hieronymo in Catalogo Ecclesiasticorum scriptorum, suppositivus  
est) quos Carolus Albassineus Episcopus Aurelianensis edidit & illustra-  
vit Parisiis. Emericus autem Causaubonus, Isaacii filius (cum eodem tem-  
pore talem animo suo lectio ejus libri hominis impressisset imaginem,  
qui ab omnibus omnino praesidiis, quae ad veteris alicujus, qualiscunque  
esset

esset ille, scriptoris emendationem vel interpretationem necessaria sunt imparatus esset ) aliam suscepit emendationem quam emisit Londinâ Anno 1631. cum notis suis, in quibus multa, quæ excusari nequeunt, in septimo illo hypopolimæo libro animadvertit. Post Opratum feliciter contra Donatistas augustum exercuit ingenium *Augustinûs*, tam *tom. II. operum*, Epistola CLXII. (cujus utur nec Augustinus in retractat: nec Possidius in indiculo meminerint, ob styli tamen materiæq; cum Augustiniano genio cõformitatem vix vocatur in dabiû) Ep. CLXV, CLXVI. *tomo VII.* Psalmo contra partem Donati, libris tribus contra Epistolam Parmeniani Donatistæ, libris tribus contra literas Petilianum, libris IV. contra Cresconium Grammaticum, libris II. contra Epistolam Gaudentii, libris VII. de baptismo contra Denatistas, lib. I. de unico baptismo contra Petilianum, lib. I. de unitate Ecclesiæ contra Petilianum, in breviculo collationis contra Donatistas, Postcollatione contra Donatistas, gestis & sermone super eadem cum Emerito Donatistarum Episcopo, contra Fulgentium Donatistam &c.

§. 3. Noramus II. Ex hisce Patrum monumentis pleniorẽ historiã hujus faciem apparere. Cum Diocletianus, Ecclesiæ hostis, Christianos immanibus suis persequutionibus adhuc dispergeret, abdidit se Felix Autranitanus Diaconus, apud Mensurium, id temporis Carthaginensem Episcopum. Re proditã augustales accipit de sistendã Imperatori vel Felicis vel suã personã. Non renuit Mensurius & itinerẽ se, experturus fata Christianorum, accingit, postquam omnem sacram Ecclesiæ supellectilem descriptam & benè compositam senioribus Ecclesiæ tradidisset, ut successori, si Deus cursum suum terminaret, solenniter illa committeretur. Venit ad Diocletianum Mensurius, & dictã causã Carthaginem reverti jubetur, sed seu morbo quem mors sequuta est, vel alio calu impeditus non revertitur. Interim Diocletianus sedem imperii vacantem Maxentio, (libertatem Christianis indulgenti) aperit. Adfunt oppidò ambitores vacantis Episcopatus Carthaginensis, Petrus quidam, & Celestius, quibus repudiatis Cæcilianus communi voto (manus ei imponente Felice, cujus gratiã Mensurius ad tribunal Diocletiani vocatus fuerat) eligitur. Ordinato Cæciliano, charta indicii de ornamentis Ecclesiæ omniq; sacrà supellectile exhibetur. Vocantur seniores & accepta Ecclesiæ nomine repetuntur. Hiis avaritiam demersi à Cæ-



ciliano se separant, coeunt facile in partes eorum Botrus & Celestius præteriti competitores, & plerique qui in conventu aliquo Numidias traditionis crimine innodati, sese mutuo absolverant; Donatus scilicet Masculianus, Victor Rufficadiensis, Marinus ab aquis Tabilitanis, Donatus alter Calamensis, Pauperius Limacensis. Accedit ad factionem Lucilla dives astutaque femina; ob superstitionem quandam olim à Cæciliano objurgata. Ut schisma tribus nocentissimis rebus conflaretur, ambitione, avaritia, odio & improbitate mulieris. Calumniantur primum ordinationem; esse illam illegitimam quod facta à Felice traditoris nomine infami. Mox Majorinum, quendam Lucillæ domesticum, qui olim Cæciliani lector fuerat, Episcopum creant, Celestioque opponunt, missis undique Cæcilianum & Felicem infamantibus electionemque Majorini intimantibus literis. Augetur inde (periculosus incrementis Africam involvens) schisma, ita ut qui partibus Donati accedebant, Lucianus, Dignus, Haslucius, Capius, Fidentius &c. iudices à Gallis ab Imperatore Constantino sibi dari peterent. Exemplum literarum hoc est: *Rogamus te, & Constantine, optime imperator; quoniam de genere justo es, cuius pater inter ceteros imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis est Gallia. Nam in Africa inter nos & ceteros episcopos, contentiones sunt: petimus ut de Gallia nobis iudices dari præcipiat pietas tua. Date à Luciano, Digno &c. & ceteris episcopis partis Donati.* Irritatus hac epistola Constantinus pacis amantissimus, indignabundus rescribit: *Petit à me in seculo iudicium, cum ego ipse iudicium Christi expectem.* Expediit interea augustales ad Milchiadem episcopum Romanum, jubetque ut ex Gallia cum eo in consilia episcopi coeant, Maternus Agrippinensis, Rheticius Augustadunensis, & Marinus Arelatensis; schisma Africanum cognoscant, iudicent, componant. Exemplar literarum expressit Eusebius lib. X. historiarum cap. V. Congregantur in synodum Romæ novendecim episcopi qui re omni mature cognita, Cæcilianum absolunt. Donatum, ut autorem schismatis, condemnant, & sententiam imperatori transmittunt. Donatus id resciscens, ab eo iudicio provocat ad imperatorem denuo, qui magis clementiam suam quam æquitatem sequutus, novos nominat litis iudices, Episcopos, Arelatensem & Syraculanum, copiam literarum descripsit Eusebius loco citato & Augustinus epistolâ CLXVI. Sed & hi in Synodo Arelatensi Cæcilianum inno-

centem

centem declarant, Donatumq; condemnant. Petit ergo Donatus ab Imperatore, ut sibi Carthaginem reverti liceat, id quod ad intercessionem Filumini suffragatoris sui, ( sed & hoc, ut pacis causâ Cæcilianus paulisper Brixiam secederet ) impetrat, quod Donatistæ postea de exilio calumniosè interpretati fuere. Cum vero Donatus Carthaginem publicè ingrederetur, confestim & Cæcilianus eo revertitur. Interea Constantinus in Africam episcopos Eunomium & Olympium legaverat, investigaturos in qua parte Africæ ecclesia esset Catholica, quâ de re cum integris XL. diebus egissent, Ecclesiam Catholicam, per totum terrarum orbem, quâ se gloria Jesu Christi extendit, dispersam definiunt, quod ad Cæciliani verò causam, acquiescendum putant in iudicio Synodi Romanæ. Cum hoc pacto Donatus calumniandi artibus Cæciliano superior fieri, non posset, virus suum & truculentiam in Felicem, quem traditionis accusat, quertit. Injungitur Æliano proconsuli ut assumtis aliis magistratibus, Felicis causam cognoscat, qui rescribunt Felicem religiosum Episcopum, liberum esse ab exustione instrumentorum Deificorum, manifestum esse: cum nemo in eum probare aliquid potuerit quod religiosissimas scripturas tradiderit, vel exusserit, teste August. lib. III. contra Cresc. cap. LXX. quo in loco, & exemplum recitat epistola Constantini ad Probejanum, de cognitione causæ Felicis; & absolutione per Ælianium.

S. 4. Et hæc quidem est historica schismatis Donatiani, toto & ferè amplius quadriennio (seculi quarti) sævientis, ex Oprati & Augustini relatione congesta descriptio, nisi quod Augustinus libro *contra Donatistarum post collat.* cap. XXXV. paulisper in processu descriptione variet. *Sicut consulum ait ordo declarat, primò Cæcilianus episcopali iudicio Miltiadis est absolutus. Deinde non post longum tempus, Felicem proconsul iudicio constitit esse innocentem: ac sic postea Cæcilianus etiam, ab Imperatore, inter partes cognosceme, purgatus est. Deinde, post annum, Adversarij ejus ignominiosâ illâ indulgentiâ relaxati sunt. Nam Miltiades iudicavit, Constantino ter & Licino iterum consulibus, Nonis Octobris. (Sed Optatus habet; Constantino quater & Licino ter Consulibus. Isti Christi fuerit annus 316. Constantini verò 3.) Helianus proconsul causam Felicis audivit, Volusiano & Ariano consulibus XV. Calend. Martias; id est, post menses sermè quatuor. Constantinus ad Romalium Vicarium, de purgatione Cæciliani, scripsit, Sabino & Ruffino*

& *Ruffino consulibus*, 4. *Idus Novembris*; id est, post biennium, & menses propè octo. Et idem Imperator, ad *Valerium*, de illorum exilio soluto, & eorum furore Deo vindici mittendo, *litteras dedit*, *Crispo* & *Constantino iterum consulibus*. 3. *Nonas Majanas*; id est, post quartum annum, & mensem fermè sextum. Undè sine ullis ambagibus liquidissimè constat; nihil postea contra *Cocilianum* fuisse judicatum: imò eum *judiciis victorem adversariorum* & *persecutorum suorum postea declaratum*.

§. 5. Notamus III. occasione *Felicis*, quem infamis traditionis nomine traduxerunt; Ex militia Ecclesiastica (quà Tyrannis Imperatorum gentilium primis seculis magis inferendis tormentis delassata fuit, quam Ecclesia in effundèdo sancto pro nomine Christi Jesu sanguine) Christianos diversos, pro diversa vel fortitudine, vel timiditate, vel fugà sortitos fuisse titulos. Qui mortem vel tormenta suà confessionis constantià triumpharant, dicebantur *Martyres*; qui apprehensi, sed incolumes dimissi fuerant, *Confessores*; Qui spontè Martyrio coronari quæsiissent, *Professores*; Qui igne comburebantur, *Massa candida*; Qui ad stipitem dimidiis actis, samentorum incendio peribant, *Sarmentiti* & *Semasii*; Qui meru mortis inlecto baptisari fuerant *Clinici*; Qui libros & supellectilem sacrameticulosi gentibus tradidissent, *Traditores*; Qui fidem abnegarant, lapsi; qui diis sacrificarant *Sacrificati* vel *Thurificati*; Qui salvos conductus, cum Christianismi insimularentur, ære acquisiverant, *Libellatici* appellabantur &c.

§. 6. Notamus IV. appellationes, dissensiones, & sectas Donatistarum. Quandoquidem duo fuere Donati nomine famosi (quorum prior sectam condidit, alter hæresin, fretus autoritate, eruditione & eloquentià, maximè corroboravit) judice Augustino, dubium est, à quonam hæresis sui denominationem sortita sit: superio id, ad Quod vult deum suum, Augustinus asseruit: *Donato Majorinum, huic alium successisse Donatum, qui eloquenti à suò sic hæresin confirmaverit, ut multi existiment, propter ipsum potius Donatistas appellari*. Acquiescimus nos illis, submittentibus observationem ab hac materià non alienam. *Alfonsi de Castro Zamorensis minoris* lib. VI. adversus hæreses, titulo Ecclesiæ; *Non possum hic tacere*, ait, quæ hoc loco *Bernardus de Lutzenburgo* in suo catalogo hereticorum, de Donatistis loquens, ait. *Hic autem cum dixisset Donatum, primum videlicet (ut ex ejus literis facile est conjicere) fuisse temporibus Constantii imperatoris*

Imperatoris & Julii Papæ ( & id quidem bene, Platina illi favente in vitâ Liberii Papæ ) postea subjungit dicens, Cyprianum Carthaginensem episcopum scripsisse diversos tractatus & epistolas adversus hunc Donatum. Quis jam ferre poterit hominem toties in eundem lapidem offendentem? Cyprianus siquidem tempore Cornelii Papæ fuit, & eodem die quo Cornelius Romæ, quamvis non eodem anno, Cyprianus Carthagine sub Valeriano & Galieno principibus ( ut Hieronymus ait ) passus est. A Cornelii a. passione usq; ad Julium, sub quo Donatus fuit, septuaginta aut plures anni intercesserunt. Qui sit ergo, ut Cyprianus scribat adversus Donatum septuaginta annis ipso posteriorem? Et certe ( ni memoria me fallit ) in omnibus Cypriani operibus nulla est mentio de aliquo Donato, præterquamq; in 2do libro, cujus 2da epistola est ad quendam Donatum, in qua nec nomen hæreseos positum est, nec de hæresi ulla memoria, sed solum enarrat Donato in illâ epistolâ qualiter fuit ex gentibus ad fidem Christi conversus, & mundi laqueos illi declarat, ut hac occasione tantum illum redderet. Verum hic bonus homo forte legens epistolæ solum titulum, putavit illum esse Donatum hæresiarcham, cum tamen constet esse alium hæreticum vetustiore.

§. 7. Variè a. à variis hujus hæreseos Patronis, fuere Donatistæ appellati; Majorini à Majorino Episcopo schismatico Carthagini, Parmenianistæ à Parmeniano Donati discipulo Rogatenses v. Rogaristæ à Rogato, Maximianistæ à Maximino hæretico, qui Maximinus secessionem fecit in nonnullis, ab ipsis Donatistis comunibus, quâ obrem Bajæ concilium Donatisticum CCC. episcoporum coegerunt, & concluderunt, ne baptismus Christi à Maxiministis, quâquam schismaticis, effusus repeteretur; Hi vero hæretici heterodoxiam suam cum tyrannide miscuerunt & basilicas operum Magistratus catholicis, antequam publicæ, contra Donatistarum furores, fuissent promulgatæ leges eripuerunt. Primus Constantinus M. leges contra eos condidit & basilicas hæreticis ademit, teste August. contra Petilianum lib. II. cap. X. Et postea leges illæ repetitæ, & exsequutionibus roboratæ fuerunt, ibidem cap. LXXXVI. Quanquam ipsa hæresis subinde magis & magis erupit, etiam in horrendas persecutiones Ecclesiæ Catholicæ; imprimis seculo quarto exeunte, & quinto, de quo August. epistola L. ad Bonifacium comitem, in hoc, inquit, labore multi Catholici & maxime episcopi & Clerici horrenda & dura perpeffi sunt, quæ commemorare longum est: quando quorundam & oculi extincli sunt, & cu-

B

jurdam

judam episcopi & manus & lingua præcisa est, nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas caedes, & domorum deprædationes, per nocturnas aggresiones & incendia, non solum privatorum habitaculorum, verum etiam Ecclesiarum; in quas flammæ, non defuerunt, qui & codices Dominicos mitterent. Talis Donatistarum insania Ecclesiam etiam Juliani apostatæ temporibus concussit, qui omnia ea curans, quibus Christianis ægrè fieri posset, Donatistas evexit, & potestatem in Catholicos sceleratè concessit, ut horum inveniretur mira paucitas teste August. Lib. II. *adversus Petilianum* cap. LXXXIII. Optatus lib. I. *contra Parmen* refert, Donatistas in persecutione jussisse Eucharistiam orthodoxi episcopi canibus fundi, sed eos in rabiem versos, dominos suos dilaniasse.

§. 8. Ut vero revertamur unde, ipsorum Donatistarum divisiones exhiberi, digressi sumus, dicebantur etiam à moribus *Montenses* & *Campanes*, illi qui circa Romam in campis & montibus clam conveniebant; *Circumcelliones* à cellis & tuguriolis, quæ in agris loco habitaculi habebant, ipsi agrestes, facinorosi, immanes, famossissimæ audaciæ. *Thymolendæ* dicebantur (Damasceni seculo) quod leoninè animati, in homicidia truculentissima sceleratas manus explicarent. Hosce circumcelliones Augustinus vocat prophetarum interfectores, latrones, & lib. II. *contra Petilianum* *Vetus*, inquit, *Circumcellionum malitia fuit, uti fustibus. Nam inter vinolenta convivia, & cum feminis maritos non habentibus, liberans comitandi, vagandi, jocandi, bibendi, pernoctandi licentiam, non solum fustes tornare, & fundus circumagere, didicerunt.* Et Theodoretus in hæres. *Norum*, ait, *insania genus excogitarunt. Violentam enim mortem, martyrium nominant. Et qui hanc quidem appellationem ab equi volunt, id longo ante tempore, iis, qui idem secum sentiunt, indicant. Illi autem eos omni genere officii observant. Eûg, inserviunt & omne ciborum genus adferunt: veluti quædam sacrificio destinata animalia præpascunt & pinguescunt. Cum diurno autem tempore in his delitiis laute & opipare vixerint: cogunt eos quos in viis invenerint, lethalia eis vulnera ense afferre. Et nonnulli quidem institutum assequuntur, alii vero ab eo excidunt. Instar Corybantum itaq; furentes & debachantes, se ex alto è præcipitiis deorsum præcipitant. Et lepida adjicit historiam: Cum permulti ex illis, instar phasianorum adipati, in generosum quendam juvenem incidissent, deinde nudum ensẽ ei porrexissent; jusserunt ut eis afferret vulnera: & se cum interfecturum minati sunt*  
nisi

nisi imperatum faceret. Is autem dixit se vereri, ne aliquibus occisis, qui suspereissent, penitentia ducti, poenam cædus ab eo exigere. Oportere ergo prius unicuique eorum vinculum imponere; deinde sic enses adigere. Cum illi autem acquiescissent, ac vincula accepissent: cum virgibus omnes cecidisset, eos vincula relinquens abiit. Eius verò hanc phrenesin immisit malus Dæmon.

§. 9. Notamus. V. Occasione actorum, Catholicos inter & Donatistas seculo IV. intercedentium, quæ, quantaque Romani Pontificis autoritas, circa decisionem controversiæ Donatisticæ, eo tempore fuerit. Baronius astutissimè antiquitatem in partes Romani Pontificis cogens, sicut non inusuetum ipsi est, levissimâ inclinatione totam historiæ faciem immutare, & hic contendit (1.) Constantinum literis suis ad Melchiam episcopum Romanum dicere, à divinâ lege sese didicisse, absque primariæ sedis episcopo, id est, Romano, nefas esse causam cognosci. At fallit Baronius, verba epistolæ sunt hæc: *Ut ibi coram vobis & Rheticio etiam, & Materno, & Marino, collegis vestris, quos eâ de causâ Romani maturare iussit, possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, ut nostis, postulat.* Clarius Eusebius lib. X. cap. V. ea affert *ὡς ἂν καταμάθοι τῆ τῶ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἀγορεύειν.* Non refert sacram legem ad probationem summæ potestatis Pontificiæ in spiritualibus & corporalibus, secus enim piensissimus imperator nunquam directorium & auspiciam sanctioris illius iudicii suscepisset; nec appellationibus inde factis detulisset; Et Pontifex Melchiam terminorum ecclesiasticorum conservantissimus, contra viam facti omnino protestatus fuisset. Quid quod liquida sunt Eusebii verba; *judicare debere delegatos sicuti experirentur utriusque partis confessionem cum lege Dei vel convenire vel dissentire?* (2.) Asserit Baronius voluisse Constantinum, ut Melchiam admitteret modo reliquos nominatim designatos episcopos, ipse vero iudicis partes retineret. Nec enim hujus commentum vel volam vel vestigium literæ Imperatoriæ monstrant. Sed idem jus iudicandi, quod uni conceditur, omnibus defertur; undè collegæ appellantur; coram quibus ex æquo præsentibus, cognoscentibus iudicantibus totum negotium decidatur

§. 10. Nos vero contra Pontificis, (figmentis parasiticis nixam) autoritatem, tria ex supra citatis literis proferimus (1.) quod Donatistis fuit integrum appellare à sententiâ Romani Pontificis ad Synodum Arclan-

tensem, cui Melchiadis iudiciū obnoxium factum est, adeoq; summum  
 non fuit. Reponit Bellarminus cap. XXIV. secundi de Pontifice, factum  
 illud, nō quod sic oporteret, sed ut omninō obstrueretur os Donatistarū,  
 & idcirco imperatorem veniam petivisse ab episcopis, quod causam in-  
 vitus cognosceret. & verba Augustini de quibus agitur (epistola  
 CLXII. ad Donatistas) hæc sunt: *Dedit (post Romanum) Constanti-  
 nus aliud Arelatense iudicium, aliorum scilicet episcoporum, non quia jam neces-  
 sē erat, sed eorum perversitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam vecor-  
 diam cohibere. Neq; enim ausus est Christianus imperator sic eorum tumultu-  
 tuosas & fallaces querelas suscipere, ut ipse de iudicio episcoporum, quæ Romæ  
 sederant iudicaret: sed alios ut dixi episcopos dedit, à quibus tamen ad illum  
 ipsi rursus imperatorem provocare maluerunt. Qua in re illos quem admo-  
 dum detestetur audistis. Atq; utinam saltem, ipsius iudicio in sanissimis animo-  
 sitatibus suis finem posuisset, atq; ut eis ipse cessit, ut de illa causa post episcopos  
 iudicaret, à sanctis antistitibus postea veniam petiturus, dum tamen illi quod ul-  
 terius dicerent, non haberent, si ejus sententiæ non obtemperarent, ad quam  
 ipsi provocaverunt, sic & illi aliquando cederent veritati.* In quo Augustini  
 discursu laudabiliter Constantinum Politicum Theologicas controver-  
 sias, (quas ipse non æquē ac Theologi Patres, doctus erat) vel à se, vel à pa-  
 latinis decidi voluisse, advertimus. Neq; enim illud sententiæ Pontifi-  
 ciæ, (de summâ, soli Papæ in secularibus & spiritualibus divino jure  
 competente, potestate) asserendæ, quicquam prodest, nec nostræ obest.  
 Quisq; de iis iudicet quæ intelligit, & quatenus intelligit. Si Politici  
 Theologica sufficienter scrutati sunt, cur à iudicio & scrutinio spirituali  
 excluderentur? Sin minus, & velint sacra à sanctis Dei viris iudicari, quis  
 indē concludet non competere seculari majestati supremum directori-  
 um (non quidem in doctrinam sacram sed) in personas & hierarchiam  
 ecclesiasticam, quatenus illa in Dei honorem, ecclesiæq; emolumentum  
 externâ dispositione ordinari debet? Deindē non loquitur Augustinus  
 de jurisdictione, de qua controvertitur in hoc puncto, sed de evidentiâ,  
 quæ in iudicio Romano tanta fuerat, ut non nisi malitiâ impulsus rursus  
 ad imperatorem provocare possent. Concedit melius fuisse, si ad alios  
 episcopos appellassent, quam ad imperatorem. Licuit autem utrumq;  
 imprimis provocatio ad alios ecclesiæ doctores: Si hoc; non fuit Ponti-  
 ficis œcumenicus episcopus, ab hoc enim non datur provocatio, & per-  
 mittere

mietit summus magistratus promittit, planè non ad se, quam à se appel-  
 lari. Sed & id advertimus, illas imperatorias literas, ex quibus apud Au-  
 gustinum Pontificii disputant, non subjungendas videri iudicio Roma-  
 no, sed Arelatensi, sicut prolixius probat *Chamier Panftrat.* tom. II. lib.  
 XIV. cap. VI. (II.) observamus: Delegatum fuisse ab imperatore Mel-  
 chiadem imperatoris mandatis obnoxium. Objicit Bellarminus, malè  
 id factum. Sed quis, si id sinistrè factum fuisset, non vider, imperato-  
 rem Christianum, mitem, ecclesiæ tutorem & nutritium optimum, me-  
 lius informandum fuisse, nec repugnaturum si meliora audivisset, neq;  
 ullò modò jus usurpaturum contra conscientiam, quod ignorare non  
 poterat. Quis enim imperator ignoraret an alium se superiorem ha-  
 beat, annon? At nec Pontificem unquam contradixisse, nec imperato-  
 rem delictum ullum agnovisse, ex antiquitate apparet. (III.) Collegas  
 datos Melchiadi ex aliis episcopis, nõ ad arbitrium ejus, sed ex præscripto  
 imperatoris, eosq; cum Melchiade pari autoriter rem omnem cogno-  
 visse & judicasse. Objicit Bellarm. permisisse id Melchiadem, propter  
 Donatistas quibus, ipse suspectus fuerat. At vero mandante Imperatore  
 permisit, quod mutare Melchiades nec peterat nec debebat; Si debere  
 est permittere, omnes subditi permittunt fieri quæ jubentur. Et undè  
 constat Melchiadem Donatistis suspectum fuisse? Sanè nec Optatus,  
 nec Augustinus ejus quidquam memorat, & si fuit, cur à iudicio non ab-  
 stinuit, ut fieri decet?

## CAPUT II.

DE

# DOCTRINA DONATISTARUM.

§. I.

**E**rrores Donatistarum, quos hi velut intoxicatum Eridos po-  
 mum in Ecclesiæ gremium projectarunt, vel sunt *Originales*,  
 & primi illi, qui seculo IV. ab utroq; Donato producti, diducti  
 & defensi sunt; vel *Aduentitii*, qui seculo quinto ex Donatista-  
 rum posteris & sectatoribus aut interpolati, aut additi deprehenduntur.  
 Illos detexit & confutavit *Optatus Milevitanus*: Hos cum aliis *Augustinus*

B 3

Hippone,



*Hippon.* libris superius citatis. Utriq; seculo utrôq; agitati errores, vel COMMUNES sunt Donatistis cum aliis hæreticis, & minori cum contentione agitati, ut quod statuerunt (1.) Patre minorem esse filium, & filio minorem Spiritum Sanctum, ut testatur Theodoretus in fabulis hæreticorum, & Augustinus ad QuodvultDeum, addens, in hunc de Trinitate errorem Donatistas non ita attentos fuisse. (2.) De libero arbitrio sententia eorum est secundum *August. lib. II. contra Petilianum cap. XIX.* Cum arbitrio libero homo creatus est; & si vult credit in Christum; si non vult non credit. Si vult perseverat in eo quod credit: si non vult non perseverat. Et ideo cum cæpisset per orbem terrarum crescere Ecclesia, noluerunt homines perseverare: & defecit ex omnibus gentibus Christiana religio, exceptâ parte Donati. Et *lib. II. contra Gaudent. cap. XI.* Liberum arbitrium Donatiani, quemadmodum Pelagiani affirmarunt; Et astruxerunt potentiam in homine, quâ legi Dei latissimè, & sine peccato innocenter purèq; vivere possit, *lib. II. contra Petil. cap. XIV.* (3.) Magistratum nec esse, nec in improbos animadvertere debere, quia homo habeat liberum arbitrium *lib. II. contra Cresconium cap. LI.* Eloquentiam esse damnabilem *ibidem lib. I. cap. III.* (4.) Quod ritus attinet, unâ cum sententiâ de Martyrio docuerunt annotante *Theol. in fabul. hæreticorum*, violentam mortem, quam quis quomodocunq; etiam per autocheiriam opperat, salvificum esse martyrium. Insaniam circumcellionum & Thymolendarum in historia Donatistarum descripsimus. Addit *Optatus Milevitanus lib. VI. contra Parmen.* Solitos eos lavare parietes templorum, radere altaria, & frangere calices ubi Catholici vel cætus habuerant, vel cænâ usi fuerant &c.

§. 2. Errores Donatistarum PROPRII, summâ vecordiâ propofiti, obstinatè, amarulenterq; defensi sunt principales duo, ad quos subortorum novorum stricturæ facile reducuntur. (1.) *De Ecclesiâ*, colligentibus id eleganter (ex Augustini libris contra Petil. & Crescon. & ex Casiane Centuriatoribus Magdeburg. Cent. IV. cap. V. Ecclesiam dixerunt nullibi esse, quam in Africâ; & quidè tantû esse in parte Donati. Et Tempus Donati esse messem Ecclesiæ. Et de Africanis solum dictum esse; Erunt primi, qui erant novissimi, deficiente alias toto terrarum orbe. Probationes quoq; pro fragmentis suis inconsideratè corraferunt, annotante *August. de correct. Donatist.*

Donatist. & ad Psalmos XLIX. L. & contra Petil. (1.) Scriptum esse in can-  
ticis: Annuntia mihi, quam dilexit anima mea, ubi pascis? ubi cubas  
in meridie? E. in Africa Ecclesia sita est, quæ in parte ortis meridianâ si-  
ta est; (2.) Ecclesiam esse sine rugâ & maculâ. (3.) Væ dici illis qui di-  
cunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam, (4.) Non  
esse partem tenebrarum cum luce. (5.) In paucis esse veritatem. (6.)  
Ecclesiam non esse hæreticam &c. Ergo etiam non dari Ecclesiam Ca-  
tholicam, sed esse tantum illo in loco ubi est veritas illa, lux illa, bonum  
illud sine mixturâ. II. De Ministerio Ecclesiastico, & imprimis de bap-  
tismo docent: Extra cætum Donatistarum non administrari verum bap-  
tismum. Virtutem autem baptismi pendere à ministro. Ideo (August.  
contra Petil. inquit) *Id agunt Donatista; ut origo, radix, & caput baptiza-  
ti, non nisi ille sit, à quo baptizatur.* Et ut talis quisq; redire credatur; qua-  
lis fuerit à quo baptizatur: si nocens, nocentem: si innocens, innocen-  
tem, Hinc propè tot baptismos, quot homines, persuadere conantur:  
detorquentes eò dictum Matth. VII. *Arbor bona fructus bonos facit.* Ut  
à bono baptizatus bonus sit; & à malo malus. Attendi verò in bap-  
tificatione conscientiam rectè dantis, non secundum ejus sinceritatem, sed  
secundum famam & existimationem. Si malus baptisaverit requirunt  
rebaptisationem, ex his quidem rationibus: Quia Paulus cum invenis-  
set in Epheso quosdam, qui se dicebant Johannis baptismate bap-  
tizzati, baptisari jussit in Christo. Actor. XIX. Si igitur post Johannem  
amicum sponsi baptisatum sit, quanto magis post hæreticum baptisan-  
dum esse? Narrat August. lib. II. contra Perilianum cap. V. Quendam  
Donatistarum episcopum cum apud Hipponem sermonem in populo  
faceret, dixisse: Eandem arcam Noe bituminatam intrinsecus, ne  
aquam emitteret suam, ideo etiam extrinsecus ne admitteret alienam.  
Ad quod volerit hanc valere interpretationem: ne baptismus vel  
extra ecclesiam Donatianam exire posse credatur; vel qui extra datus  
fuerit, acceptetur. Vide de his plura apud August. libris II. III. IV. contra  
Crescon.

CAPUT

CAPUT III.  
DE  
REFUTATIONE DONATISTARUM.  
Ex Seculo IV. & V.

§. I.

**T**riumphis adversus Donatistarum hæresin antiqua celebratus Ecclesia, quos reportavit tum in multorum congregatione, & Synodis; Tum in specie, Seculo IV. per Optati Milevirani, & Seculo V. per pium contra Donatistas Augustini zelum. Dispicendum primò de CONCILIIS in causâ Donatistarû habitis. Commemoravimus autem superius Constantinum ad instantiam Luciani, Digni, Hassurii, Capiani; Fidentii, & aliorum, qui in ipso hæreseos hujus partu à Donati partibus erant, ROMAM ad Melthiadem Episcopum, & Marcum scripsisse, ut hi assumtis ex Galliâ episcopis, Rheticio Augustodunensi, Materno Agrippinensi, & Marino Arelatensi, (quibuscum alii coivere quatuordecim episcopi) causam Cæciliani, per calumniam à Donato oppressi, cognosceret. Et qui in Domino de schismate sobrie judicantes hi, Cæcilianum absolverint, Donatorumq; condemnaverint. Deinde, quomodo per appellationem Donati ad novam synodum, ARELATENSIS indicta sit, cujus faciem depingit prolixè ipse Constantinus epistolâ ad Chrestum Syracusorum episcopum apud *Eusebium hist. lib. X. cap. V.* Utrumq; concilium AntiDonatianum secundum omnes circumstantias examinare, pagellæ non patiuntur. Resectis ergo aliis omnibus, tantum notamus. Quomodo Pontificii Synodographi, Imprimis, *Baronius & Cariolanus* Baronii (in mendaciis de Romani Pontificis interminatâ autoritate) mancipium, narrationem de utrâq; hac synodo, Romanâ & Arelatensi, ad autoritatem Romani inclinent Pontificis, & fingant (i.) circa concilium Romanum, Donatistas id ægrè tulisse, quod Cæcilianus neglectus omnibus ipsorum calumniis, uno unius apostolicæ sedis presidio, & communicatione sulciretur. Quasi vero tanta fuisset eo tempore Romani episcopi autoritas, ut sub umbram ejus, omnes Catholici confugerent. Cujus insolentiam tum in aliis, tum in controversiâ de celebrando Paschate

schate se prodentem, animosè detestabàtur conculcabant. Et si nitebatur  
 Cæcilian⁹ cōmunicatione sedis Apostolicæ, cur Constantinus in Episto-  
 là ad Melthiadem datâ, ipsum de origine, modo, & statu controversiæ  
 erudire debuit, quod antè ex cōmunicatione cum Cæciliano habuisset?  
 Cur Donatistæ patienter ferunt iudicem ortæ controversiæ dari Roma-  
 num episcopum quem sibi non contrarium non forte præciebant? (2)  
 Imperatorem primum, cum ad ipsum literè Donatistarum cum Anili  
 proconsulis Africani commendatione devenissent, respondisse: *Indi-  
 gnum esse, ut eorum, qui vice Ohristi funguntur causam, iudex secularis co-  
 gnoscat.* Ubi verò & ex quo antiquitatis monumento parasici Romani id  
 didicerunt? subjicit se iudicio divino Constantinus, non Romano. Huius  
 suam voluntatem de cognoscendâ causâ Donati seriâ cum imperio ape-  
 rit, & ex summâ libertate, quod aliis quibusvis committere potuisset,  
 ipsi injungit, & imponit ex autoritate omnino superiori, ut voluntatem  
 de cognoscendâ illa causâ suam obedientissimè exsequatur; patet id  
 ex Epistolâ ad *Chrestum episcopum Syracusorum datâ; Jam antea quidem,  
 quando malè & perversè quidam, à religione sanctæ & cælestis virtutis, ac  
 hæresi Catholicâ separari cœperunt, volens ut huiusmodi illorum contentiones  
 amputarentur, scripsi & constitui, ut quibusdam episcopus ex Galliâ missis, de-  
 inde ex Africa vocatis illis, qui ex altera parte inter se contentiosè & pertinaciter  
 dimicant, præsepte etiam Romano episcopo, quicquid hoc disidii obortum  
 videretur, in ipsorum præsentia, summâ diligentia discernendi corrigi queat.*  
 Ubi hic de summa potestate in spiritualibus Romani episcopi; ejus qui  
 episcopis Galliæ postponitur; nec præ aliis vel honorificentius nomina-  
 tur; sed in eundem dignitatis ordinem redigitur; qui cum aliis com-  
 mune accipit imperium; & cum aliis pari obædientia id exsequitur; &  
 (3.) *Constantinum indixisse hoc concilium, cum fide imbutus nondum esset.*  
 At vero Constantinus fide tum nondum imbutus fuit, quum se Ecclesiæ  
 Catholicæ filium appellat epistolâ priori, & quando sanctam & cæle-  
 stem virtutum se amplexum fatetur in posteriori? quando post victo-  
 riam in nomine crucifixi reportatam, labarum cruce notatum in insigne  
 suæ fidei & confessionis erexit, Christianismum in lucem protraxit, gen-  
 tilissimum eliminavit: nomini Christi templa dedicavit, pro orthodo-  
 xia vigilanter laboravit? Et qui conveniunt illa: Constantinum, alias  
 legis divinæ oblerantissimum, ex ignorantia directorium hujus Syno-  
 di sibi sumnisse, & verò ipsum scivisse, ex legis divinæ præscripto, in  
 causa

causa & accusatione episcoporum, absq; primariæ sedis antistite aliquid statuere aut cognoscere, nefas & illicitum esse? (4.) Pontificem cognitâ causâ *Cacilianum* absoluisse, *Donatum* damnassee, & de controversiâ illâ ulterius disposuisse. Quis verò ex antiquitate, prætoriam illam potestatem in hoc concilio, vel verbulo unquam attigit? Quis ipsum præsidem constituit; Fabulæ frigidæ sunt eorum, qui se mendacio, (ut sedem pontificiam quomodocunq; defendant) emanciparunt.

§. 2. *Parem* mentiendi licentiâ sibi sumunt in corrupendâ historiâ *Concilii Arelatensis*: Illi (ut multa alia intacta transmittamus.) *Claudium* & *Vitum* presbyteros, *Eugenium* & *Cyriacum* diaconos, nomine *Sylvestri* pontificis, legationis munere fungentes interfuisse, ipsiq; concilio præsedisse petulantissimè fingunt. A iudicio enim Romani Pontificis appellaverant *Donatistæ*, appellationi imperator detulerat; ut qui antea à Romanis & Gallicis episcopis condemnati fuerant, jam iudicium aliorum episcoporum in *Galliâ* & *Syriaculanorum* experirentur. Quomodo præses dari poterat sine contradictione ille, à quo appellatum fuerat: quâ *Donatistæ* respuentes iudicium Romani episcopi, suam causam per appellationem eidem subicere volebant? Et si præsedisset quid tum? Quis ignorat prioribus sæculis præsidentiâ delatam fuisse honoratoriâ cuivis ad concilium venienti, sine ullâ jurisdictionis prærogativa?

§. 3. Sicuti verò hæc Synodorum seculo quarto *Donatistis* oppositarum majestas hæresin feliciter vicit, sic eadem & QUINTO seculo furori *Donatistarum* objecta est. *Cariolanus* ex *Baronio* prolixè satis mendaciis stipata adducit concilia, *Africanum* III. sub *Anastasio* Pontifice, & alias distinctas octo Synodos (in quarum primâ tractata fuerit quæstio, an *Donatista* conversus in officio manere possit? In (2) contra *Donatistas* armis invadentes *Catholicos*, legatio ad imperatorem decreta sit, Et in (3) Imperator *Donatistas* dictis pœnis suppresserit. In (4) alia legatio pro defensione rerum *Ecclesiasticarum* destinata ad Imperatorem. In (5) & (6) *Donatistæ* denuo erumpentes contra mandatum imperatoris, in ordinem redacti. In (7) confirmata qua in prioribus conciliis statuta. In (8) legatio ad *Honorium* decreta fuerit, ut rescideretur religionis exercitium *Donatistis* concessum sub *Attalo* tyranno) sub *Innocentio* contra *Donatistas*, una cum *Teletanâ* in *Hispania*, *Ptolemensi* in *Lybia*, *Cirtensi* in *Numidia* contra eosdè ab Anno Domini CCCCL. ad annum CCCCXII. ita celebratas, ut omnia à nutu, ab

tu, ab indictione, directione, & præsidio Pontificis Romani depæderent.  
 In quo valde obliuioſe mētiuntur; nec repetunt vel ex *Oecumenicâ Nicenâ*  
 Synodo, Romanū reliquis metropolitanis coæquatum fuiſſe, conſtituto  
 de autoritate eorum canone; quem turpi falſificatione corrumpere,  
 corruptumq; Eccleſiæ obrudere ſtudentes Papicolæ, ſummâ cum igno-  
 miniâ in lucem protracti ſunt in Concilio *Carthaginenſi ſexto*; ex quo  
 crimen falſi & inſolentiam typhumq; Romanorum acriter, ſcripto ad  
 Papam Cæleſtinum, perſtrinxerunt congregati patres. Neq; ante Syno-  
 di æcumenicæ, *Ephēſina & Chalcedonenſis*, ultra titulum comminſtri &  
 conſacerdotis quicquam Romano indulferunt. Synodus Sardicenſis  
 ullos episcopos Romano poſteriores negavit, *Conſtantinopolitana* iis-  
 dem privilegiis, iuribus & honoribus juſſit uti *Conſtantinopoleos*, qui-  
 bus Romanum Episcopum, ſine æcumenicâ omnium Eccleſiarum in-  
 ſpectione. *Carthaginenſis tertia* ſanxit, ne primæ ſedis episcopos appelle-  
 tur princeps Sacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiusmodi.  
 Univerſalis autem nec eſſet Romanus Pontifex, cui conſenſerunt Pela-  
 gius ſecundus & Gregorius primus ipſi Pontifices, ſic ut hic aſſereret An-  
 tichriſtū fore, qui nomē univerſalis Episcopos aſſumeret. Interea concilia  
 nonnulla celebrata eſſe contra Donatiſtas, ſed ſine reſpectu ad aliquā Ro-  
 mani Pontificis iurisdictionē, memorat paſſim *Auguſtinus*; ut *Certheſe* in  
 Numidia (in argumento libri cōtra Donatiſtas) Poſt collationem, ex qua  
 Catholici Donatiſtis ſcripſerunt, cujus formam adducit *Auguſtinus*  
 ibidem. Et collationem inter Catholicos & Donatiſtas per triduum con-  
 tinuatam, cujus ſummam idem exponit in breuiculo &c.

§. 4. Neq; quieverunt Donatiſtæ, ſed conciliabula ſua conciliis oppo-  
 ſuere; quomodo ſeculo quarto in conciliorum tomis adducitur *Cartha-  
 ginenſe primum* ſub Marcello, in quo Donatiani episcopos LXX. accerſi-  
 tis pluribus ex Numidiâ, Cæciliano orthodoxo, oppoſuerunt pſeudo  
 episcopum Majorinum: *Carthaginenſe ſecundum* ſub Marcello, in quo  
 poſt ſeptuaginta dierum diſputationem, ipſi Donatiſtæ inter ſe diſſiden-  
 tes, conſenſerunt (episcopos quidē CCLXX.) ut traditores, etiamſi ba-  
 ptifari nollent, ad communionem reciperentur, quod decretum Dona-  
 tiſtis objectum fuit, quoties ſe ſolos innocentiffimos prædicarent. Cir-  
 ca finem ſeculi quarti iidem apud *Cavernas ſuſis*, qui locus eſt Carthagi-  
 ni propinquus, inter ſe factioſi, Primianum Donatiſtam cum ſuis ſecta-  
 toribus,

toribus, antè Cebarfussi condemnatum, iteratâ sententiâ damnarunt.  
Cum enim Primianus Parmeniano defuncto suffectus, & adversus eum  
ab aliis Donatistis Maximianus diaconus creatus esset, schisma confla-  
tum est, & dicto modo condemnatus Primianus. Contra *Bagaia in Nu-  
midia* convenientes CCCX. episcopi, in Maximianistas eam condemna-  
tionis sententiam tulerunt quam recitat August. contra Crescon. lib. III.  
cap. LIII. Tandem cum Honorius Imperator Donatistas lege latâ in-  
testabiles, infames, hæreditatis adeundę incapaces, exilio & relegatione  
dignos declarasset, XXX in *Africa* episcopi coeuntes decreverunt, omnia  
martyriorum genera subeunda potius quam deserendas esse Ecclesias,  
imò voluntariâ nece antevertendam legis ejus exsequutionem, in quod  
tam numerosi consenserunt ut Dulcicius præfectus, quid sibi agendum  
Augustinum consulere cogeretur, ut apparet ex eodem, lib. I. contra Gau-  
dent. Cap. XIX, XXXVII, XXXVIII.

§. 5. Atqui hac pacto contra Donatistas Ecclesia in congrega-  
tione plurium militavit Idem feliciter tentaverunt Optatus Milevita-  
nus, & August. modo superius exposito. Specimen Elenchi quò Donatia-  
na hæresis triumphata est ex Optato contra hæresin eam ex professo  
agente strictim adducemus. Is LIBRO PRIMO adversus Parmenia-  
num Donatistam (1.) conqueritur de pace Ecclesiæ à Donatiani turba-  
ta, contra mandatum Christi, à fratribus, cum multarum animarum  
eversione. (2.) causas recitat adornatæ contra Parmenianum scriptio-  
nis, quod scilicet ille ex Donatistis solus scripsisset, refutationemq; flagi-  
tarent & veritatis defensio, & amici. (3.) monet quæ Parmenianus vel  
pro orthodoxis vel hæreticis & schismaticis scripsisset. (4.) quis futu-  
rus scriptiois ordo. (5.) quod malè Parmenianus sensisset de carne Chri-  
sti peccatrice, & de discrimine hæreseos & schismatis. (6.) texit histo-  
riam traditionis sacrorum librorum, à Parmenianis introductæ & (7.)  
originem Donatiani schismatis prolixè deducit ad finem libri. LIBRO  
SECUNDO disputat quæ & ubi sit vera Ecclesia ? Non esse eam apud  
solos Donatistas probat, quia secus excluderentur ex Ecclesia Hispani,  
Itali, Galli, Pannoni, Græci, Armenii, Egyptii; non foret Catholica &  
ubiq; diffusa; nec meritum Christi universale; Fore irritam promissio-  
nem patris, dabo tibi gentes hæreditatem tuam; & Spiritum S. menda-  
sem prædicentem DEUM laudandum ab ortu solis ad occasum.  
Esse

Esse autem eam ecclesiam catholicam quæ diffusa est in toto terrarum orbe, probat rationibus (I.) quia ista Ecclesia dotes veræ ecclesiæ habet, quæ cathedram habet & annulum. *At Cathedra una est* (inquit Optatus ad Parmenianum.) *Et negare non audes, scire te Petro primum in urbe Romanâ cathedram esse collocatam, ubi sederit omnium Apostolorum caput Petrus: Inde Cephas appellatus: In quo uno cathedræ unitas ab omnibus servaretur: nec ceteri Apostoli singulos sibi quicquid defenderent: ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret &c.* (quæ verba irritò cum plausu, pro Romani episcopi absolutâ in Ecclesiam potestate, à Papistis allegantur. Ut ut n. directè probent quod desiderant cæci parasitæ, an Optatus veritati & scripturæ sacræ præjudicabit? Quis verò non videt impuram manum illum locum contrectasse & ignorantiam suam, ingenuè professam fuisse, dum *Cephas à capite, catholicum à rationabili* & ubiq; diffuso derivat? Neq; Optatus cathedram Petri in toto orbe, sed in unâ Romanâ urbe unam constituit, annulo, Apostolicâq; autoritate insignem contra Donatistas, qui eam politiam Ecclesiasticam contemserant, & in ipsa urbe, Roma sui schismatis episcopû creaverant, atq; sic alteram cathedram constituerant. Contra Optatus Romæ unam apostolicam cathedram, originali dote positam contendit. Alibi enim locorum alias apostolicas cathedras floruisse patet. Tertull. de præscr. cap. XXXVI. *Pecurre, ait, Ecclesias apostolicas, apud quas ipsæ nunc cathedræ apostolorum suis locis præsentur* v. g. à Jacobo Hierosolymis, à Johanne Ephesi, à Petro Romæ &c. similia invenies in Euseb. hist. cap. I. lib. I.) (II.) quia in Ecclesia catholica sunt vera sacramenta & nomina Trinitatis, cui vera fides, confessio, & regeneratio concurret, de quibus omnibus Parmenianus tacet (III.) quia Parmeniano Ecclesia est paradysus in quo Deus plantat arbusculas in oriente, septentrione, occidente, (IV.) quia Donatistæ offerre se dicunt pro una Ecclesia, quæ sit in toto terrarum orbe diffusa. Cum vero Parmenianus Donato suæ ecclesiæ Tyrannidem objicit, hic in lucem protrahit Donatistarum (α) hypocrisim cum se perfectos superbe appellent contra Johannis apostoli doctrinam: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus.* (β) Furorem: *cum enim, inquit Optatus, pax alta esset ecclesiæ, impetante*



rante Constantino, & duces Donatistarum merita relegassent sua: Julianus apostata precibus Donatistarum rogatus, relegatos ire precepit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbendam pacem cum furore esse venturos. Venerunt irati, membra laniantes Ecclesie, subtiles in seductionibus, in cordibus immanes. Felix Diabensis & Januarius castellum Lemanense invaserunt, duos occiderunt. In Mauritanie civitatibus, Donatistis intrantibus, quassatio populi facta est. Mortui sunt in utero matrum, qui fuerant nascituri. In Thipasa Casariensis Mauritanie, civitate catholica frequentia exturbata & cruentata, de sedibus suis expulsa est. Lacerati sunt viri, trachee sunt matronae, infantes necati sunt, abjecti sunt partus. Jusserunt eucharistiam canibus fundi non sine signo judicii divini. (γ) Impietatem: Cum exorcitarunt & laverunt parietes, exarmarunt fideles, exorcisarunt spiritum sanctum, altaria fregerunt, passi sunt ut populus per sua nomina juraret, raserunt capita sacerdotum, manus inferre conati sunt locis propter incertum peccatum, maledixerunt iis, qui ipsis non assenserunt. &c. LIBRO TERTIO defendit Ecclesiam catholicam a criminationibus Parmeniani, quasi crudelis illa esset, quod a Legatis Constantiani duo Donatistae occisi fuissent. Respondet Optatus id merito factum quia (1) Donatistarum majores traduxerint ad se aquam antiquae piscinae, sed non cum pisce Christo, esse enim Christus, quod est Latinum Jesus Christus Dei filius Salvator (2) quia Donatus Carthaginensis imperatorem contempserat in hac prorumpens: Quid est imperatori cum Ecclesia? Pauperibus subveniri noluerat, & infanda ambitione peccaverat contendens, se esse super imperatorem, nullum hominem sibi similem esse, non minori metu se colendum ac DEUM, per nomen suum jurandum esse, socios suos non Christianos sed Donatistas appellandos, (3) quia Donatus Bagaiensis, circumcelliones informaverat, ut se ipsos, & alios quosvis obvios trucidarent potius, quam imperatori parerent. LIBRO QUARTO, postquam in vectus esset in praesumptionem, Donatistarum de perfectione sua, explicat & ab abusibus seu corruptelis vindicat quatuor illa dicta Esaiæ LXVI. 3. Psalm. CXXI. 4. 5. Sap. IX. 3. Jerem. II. 12. 13. quibus ab utebantur ad dissuadendam populo unitatem. LIBRO QUINTO tractat de iterando baptismo quaestionem, contra quam statuit argumentum (1) a pari quod circumciso,

cumcilio, & diluulum baptismatis imago, iterata non sint. (2) quod qui semel est lotus, non habeat necessitatem iterum levandi, teste Christo. (3) Si dandum alterum baptismum, danda esset & altera fides, & alius Christus. (4.) quia nemo à Johanne baptisatus, rebaptisatus sit. Refutat etiam objectiones tres; *primam* ex Act. XIXV. 4. *secundam* quod Donatistæ putabant sine sua præsentia non operari Trinitatem; *tertiam*, quod munus baptismatis non sit dantis sed accipientis. LIBRO SEXTO describit, & stultitiam & mores Donatistarum; *illam* dum altaria & parietes Catholicorum rasisent, virginibus Dei pœnitentiam in hoc imperassent, ut mitellis aureis obiectis, alias sumerent; non permisissent sepeliri corpora Catholicorum &c. *Hos* dum, ex ovibus subito facti fuerint Vulpes, ex fidebus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex simplicibus seductores, ex verecundis impudentes, feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiæ artifices; qui transitus suos consolari cupientes, cæteros ut similiter labantur invitaverint, & residentes in sinu matris Ecclesiæ quasi pigros & tardos accusaverint, &c. Hæc Operat.

CAPUT QUARTUM ET ULTIMUM, de Pontificiorum cum Donatistis exquisitâ convenientiâ exhibet disputatio de *Catholici* titulo.

F I N I S.




Apper

**A**pportare novū quiddam solita Africa semper,  
Donec religio tota periret ei.  
Donatus duplex graviter turbaverat illam.  
Dona, DEO cœli qua maledicta, ferens.  
Barbariem dudum gentes sparsere per Afrōs,  
Et demum Turcis Africa plena fuit.  
Sic qua sola Dei sedes quondam esse volebat,  
Jam dudum vera nil pietatis habet.  
Hunc Donatismi genium MEJERE revelas  
Atq; ubi nunc habeat semina dira, doces.  
Laudo propositum. Succedant omnia pulchrē  
Donati tua vim tollere dona queunt.

amica manu scr.

Joh. Georg. Dorscheus, D.  
Acad. h. t. Rector.



**Q**uæ sit origo Donatistarum adducis, & addis  
Quod fidei octavus continet articulus:  
An queat in sacris rebus malus esse minister  
Aptus? Donatus quod negat, ast ais id.  
Litera firma basis Diva est tibi, sed minus illi:  
Quam pars Donati, verius ergo doces.  
Nitere quæ semper, tibi sic certamina certē  
Contra oppugnantes prospera firmaq; erunt.

Hoc Viro Juveni Pereximio ac Præstantissimo  
DN. JOHANNI MEIERO, Rostoch. Amico  
suo suavissimo

Cum Voto omnis prosperitatis scribebat

M. Antonius Zwickius,  
Westph.







eu, ab indiçione, directione, & præsidio Pontificis Roman  
In quo valde obliuioſe mètiuntur; nec repetunt vel ex *Oec*  
Synodo, Romanũ reliquis metropolitanis coæquatũ fui  
de autoritate eorum canone; quem turpi falſificatione c  
corruptumq; Eccleſiæ obrudere ſtudentes Papicolæ, ſum  
miniã in lucem protracti ſunt in Concilio *Carthaginenſi*  
crimen falſi & inſolentiam typhumq; Romanorum acri  
Papam Cæleſtinum, perſtrinxerunt congregati patres. Ne  
di æcumenicæ, *Ephesine* & *Chalcedonenſis*, ultra titulum c  
confacerdotis quicquam Romano indulſerunt. Synodu  
ullos episcopos Romano poſteriores negavit, *Conſtanti*  
dem privilegijs, iuribus & honoribus juſſit uti *Conſtanti*  
bus Romanum Episcopum, ſine æcumenicã omnium E  
ſpectatione. *Carthaginenſis tertia* lanxit, ne primæ ſedis episc  
tur princeps Sacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliqui  
Univerſalis autem nec eſſet Romanus Pontifex, cui conſi  
gius ſecundus & Gregorius primus ipſi Pontifices, ſic ut hi  
tichriſtũ fore, qui nomẽ univerſalis Episcopi aſſumeret. In  
nonnulla celebrata eſſe contra Donatiſtas, ſed ſine reſpectu  
mani Pontificis iuriſdictionẽ, memorat paſſim *Auguſtinus*; u  
Numidia (in argumento libri cõtra Donatiſtas) Poſt collat  
Catholici Donatiſtis ſcripſerunt, cujus formam adduc  
ibidem. Et collationem inter Catholicos & Donatiſtas per  
tinuatam, cujus ſummam idem exponit in breuiculo &c.

§. 4. Neq; quieverunt Donatiſtæ, ſed conciliabula ſua co  
ſuere; quomodo Seculo quarto in conciliorum tomis add  
*ginenſe primum* ſub Marcello, in quo Donatiani episcopi  
tis pluribus ex Numidiã, Cæciliano orthodoxo, oppoſi  
episcopum Majorinum: *Carthaginenſe ſecundum* ſub Ma  
poſt ſeptuaginta dierum diſputationem, ipſi Donatiſtæ int  
tes, conſenſerunt (episcopi quidẽ *COLXX.*) ut traditorẽ  
priſari nollent, ad communionem reciperentur, quod de  
tiſtis objectum fuit, quoties ſe ſolos innocentiffimos præ  
ca finem Seculi quarti iidem apud *Cavernas ſuſis*, qui locus  
ni propinquus, inter ſe factioſi, Primianum Donatiſtam c

C 2

